GODEFRIDUS ADMONTENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 177r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift



bo inquit ut sciatur: annuntiabo ut credatur: quia omnis qui
hec eius sacramenta fideliter crediderit. recteque uiuendo secutus fuerit.
huius uocem deus exaudit. huius oratio fructuosa et acceptabilis deo
erit. Hec iniuste in meridie ascensionem xpi pactam credimus. testatur
enim nobis hoc MARCVS in hodierna sancti euangelii lectione qua dicit.
Recumbentibus undecim discipulis. apparuit illis ihesus et exprobrauit
incredulitatem illorum et duriciam cordis. quia his qui uiderant eum resur-
rexisse a mortuis non crediderunt. Recumbebant quando reficiebant.
et illa refectionis hora. sublato ab eis sponso semper nona fiebat. quem
admodum loquens ante passionem suam idem sponsus discipulis IOHANNIS
predicebat. Non possunt inquit filii sponsi lugere quamdiu cum
illis est sponsus. ueniet autem tempus cum auferetur ab eis sponsus et tunc
ieiunabunt. Notat nobis nichilominus hunc meridiem scriptura
ueteris testamenti. ubi legimus de ioseph et fratribus eius ad se uenientibus.
nec tamen quod frater eorum esset agnoscentibus. Quos cum ad agnitionem suam
admittere uellet. precepit dispensatori domus sue dicens. Introduc
uiros domum. et occide uictimas et instrue cum uiuum. quomodo mecum co
mesuri sunt meridie. Per ioseph deus pater figuratur. per dispensatorem do
mus eius. unigenitus filius eius designatur. Cui precepit ut instrueret cum
uiuum. quando eum in redemptionem generis humani misit in hunc mun
dum. Conuiuium hoc humane redemptionis. cum uiuum eterne saluationis
ad quod omnes uocati sunt. qui fidem dei receperunt aut recepturi sunt. tunc in
struere cepit. quando incarnatus de spiritu sancto in utero uirginis concipi
uoluit. Instruxit illud nascendo. instruxit moriendo. instruxit
resurgendo. instruxit immo et perfecit hodierna die celos ascen
dendo. Unde bene dispensator domus dei quod est sancta ecclesia appellatur.
cuius ipse redemptionem per sue incarnationis fecit dispensationem.
Ait ergo. Quomodo mecum comesuri sunt meridie. Cum enim hodierna die. meri
diano tempore circa horam nonam uictor in celum ascendit. illis
suis electis. de tenebris et umbra mortis ereptis quos secum adduxit.